II. *Jurando asseverans.* Quod ab Ipso solo vera proveniat salus, v. 22. confirmat id hominum confessione, & ipso effectu, *quod ad illum veniant*, v. 24. ac hoc ipsum jurando asseverat, v. 23. Ubi (α) *Dominus jurans*: Jagh swår / juravi: sic DEUS de Se Gen. 22: 16. Psal. 132: 11. Esa. 54: 9. wídh Mígh Síelf / quia nullum habet majorem, Hebr. 6: 13. juravit per nomen Suum magnum, Jer. 44: 26. (β) *Conversionis medium*: och ett ráttferdige hets ord – blifwa wídh: Hebr. *exiit ex ore Meo justitia verbum, quod non revocabitur.* Justitia ex ore prodiens, est Evangelium de justitia fidei, ita enim præcedit Esa. 45: 19. *Ego JEHOVAH loquens justitiam,* & c. 63: 1. Idem Salvator dicit: *Ego sum Qui loquor in justitia.* De justitia à Se acquisita c. 53: 11. ita porro Ipse ait Psal. 40: 10. *Evangelizavi justitiam.* conf. Psal. 35: 28. est autem verbum gratiæ & Evangelii *irrevocabile*; non enim unquam denegabit DEUS gratiam fidelibus, Rom. 11: 27, 29. quemadmodum *incorruptibile est & æternum*, 1. Pet. 1: 23, 25. conf. Esa. 59: 21. (γ) *Conversionis consequens.* (δ) *Adoratio*: nemliga / Mígh skola all knå böjās; adorabunt CHRISTUM omnes in Ecclesia militanti, Psal. 22: 30. Phil. 2: 9. hic autem pius *adorationis* cultus, 2. Chron. 6: 13. Psal. 95: 6. Eph. 3: 14. à fidelibus CHRISTO præstabitur, ad quos imprimis hæc spectant, ut patet ex Esa. 45: 25. sed & Majestas CHRISTI judicis, hunc *subjectionis* gestum ab omnibus, coram tribunali Ejus comparaturis, exiget, Rom. 14: 10, 11. conf. Matth. 23: 39. (ε) *Confessio*: och alla tungor swårja; hoc per *confessionem* exponit Paulus Rom. 14: 11. est enim legitimum juramentum confessio & cultus DEI, Deut. 6: 13. Esa. 19: 18. Jer. 16: 14, 15. Sequntur v. 24. verba confessionis, (Och sårja:) *Wthi HEDranom hafwer jagh ráttferdige het och stærfhet*: Hebr. *Certe in Domino, dicit,* (quilibet confitens v. 23.) *mibi justitiæ sunt & robur*: In Domino JEsu per fidem data *mibi est justitia*, 1. Cor. 1: 30. 2. Cor. 5: 21. eaque superabundans, Matth. 5: 20. Joh. 1: 16. Act. 13: 38, 39. Rom. 5: 15-19. In Domino quoque *robur mibi datum*, Eph. 6: 10. per fidem, pugnando contra diabolum, 1. Pet. 5: 8, 9. carnem, Gal. 5: 24. Eph. 1: 16, 17. & mundum. 1. Joh. 5: 4. (ζ) *Congregatio*: These skola od komma til Honom; usque ad illum veniet quilibet confitens, v. 23. Elegans conversorum congregatio & confessio describitur Jer. 16: 19. adde Esa. 49: 12, 13. & 60: 4, 5.

Ulus. Informatio ad veram pœnitentiam hinc copiosa fluit: Attentè & piè excipiamus verbum DEI, per quod condonatio peccatorum, propter JESUM, offertur, 2. Cor. 5: 19, 20. cumq; per fidè, oblata in verbo *justitiam*, nobis applicuerimus, Rom. 3: 24, 25. per illud regeneriti, Jac. 1: 18. salvabimur, Luc. 11: 28. Jac. 1: 21. videlicet, *dolorem de peccatis*, humili & contrito corde *genua flectendo*, significabimus, est enim anxie orantium gestus, Esræ. 9: 5. Dan. 6: 10. Orat. Manass. v. 11. Act. 7: 60. & veram *justitiam fide* appetemus, Matth. 5: 6. sic CHRISTUM, *justitiam nostram* Jer. 2: 3, 6. *confitebimur*, Rom 10: 9, 10. 1. Cor. 1: 30, 31. ac

per fidem *justificati*, Rom. 5: 1. in *renovationis* studio, *robur* nobis dabitur, Psal. 51: 14. quo tentationes vincere possumus, Psal. 19: 16. & recedentes ab omni injustitia, 2. Tim. 2: 19. in tremore operemur salutem nostram, Phil. 2: 12. robore JESU confortati, Phil. 4: 13. victoriam obtinebimus, 2. Cor. 2: 14. 2. Tim. 4: 7. sic in DEO, robore nostro, gloriabimur, Psal. 28: 7. Esa. 12: 2. In hunc modum longè rectius ex verbo DEI, & in Ejus gloriâ fiat informatio ad poenitentiam, Act. 20: 21. quam secundum doctrinam sectæ pietificæ, sine jam laudato fundamento, opera bona urgentis, & per hypocriticam sanctitatem, Esa. 65: 5. justitiam quærentis, Rom. 10: 3. De isto hominum genere verè dictum Matth. 23: 27, 28. Immunditiam cordis apud illos, inter alia, testatur calumniandi libido, qua innocenter quosvis lacerare solent. Matth. 12: 34.

III. *Comminando terrens*; Men alle the som Honom emotstå måste til stam varda: Hebr. *sed omnes qui irascuntur contra illum, pudebunt*. Hostes CHRISTI & infideles, dicuntur *excandescere contra illum*, hátste Esa. 41: 11. quia verbum Ejus rejiciunt; regni Ejus propagationem impediunt; membra Ejus affligunt, &c. Psal. 2: 1, 2. & 74: 3, 4. & 139: 19, 20, 21. Cant. 1: 6. Usurpatur vocab. de ira fervida Gen. 4: 5. 1. Sam. 20: 7. &c. CHRISTUM vero oppugnantes *pudebunt*; gravior est comminatio Esa. 41: 11. & prolixior Psal. 2: 5, 9. erit autem confusio, infamia & pudor eorum, in tempore ac in æternum, Psal. 6: 11. & 25: 3. & 31: 18. & 35: 4, 26. Jer. 18: 16. & 20: 10. Dan. 12: 2, &c.

Ufus. Postquam suavissime omnes vocavit JESUS noster, salutem, justitiam & robur promittendø, Esa. 33: 6. hac comminatione aculeum in animis audientium, & vocationem respicientium, relinquere voluit. Ita saepe, post promissiones probis datas, Levit. 26: 1-13. Deut. 28: 1-14. sequuntur minæ tremendæ, Levit. 26: 14. seqq. Deut. 28: 15. seqq. adde. Job. 36: 11, 12. Marc. 16: 16. Joh. 3: 18, 36. Rom. 2: 7, 8, 9. &c. Quemadmodum verò caput hoc clausulam habet jucundam: In *JEHOVAH justificabuntur - omne semen Israelis*, Esa. 45: 25. & Paulus, post gravem denunciationem, gloriam & pacem pollicetur, Rom. 2: 10. demus operam fidei Israël, Psal. 130: 7. & virtutibus ejus, Psal. 125: 3, 4, 5. eritque nobis liberatio & pax, Psal. 25: 22. & 130: 8. Gal. 6: 16. Conclusio ex Psal. 67: 2, 3.

Concio III.

PARASC. Psal. 119: 29. Duc me, O DEUS, per SPIRITUM Tuum, Psal. 143: 10. ut evitare possim viam spatiosam, Matth. 7: 13. peccatorum, Psal. 1: 1. perversi, Prov. 22: 5. perditionis, 2. Pet. 2: 1. mortis, Prov. 14: 12. viam verò veritatis ingredi, Psal. 119: 30. Gal. 6: 16. secundum *legem*, Psal. 119: 1, 3. & verbum Tuum, 2. Tim. 1: 13. & 3: 15.

EXORD. Mich. 6: 6, 7, 8. Describitur (1.) animus populi & cultus hypocriticus, v. 6, 7. (2.) cultus DEO gratus, v. 8. vid. Fascic. Homilet. pag. 13. seqq. In textu hodierno, Hoseas, Micheæ coætaneus, similem tradit

Informationem pœnitentialem. Votum, Deut. 5: 29.

Propheticum suum munus, præcipuè in regno Israël decem tribuum, exercuit Hoseas, ac jucundum, de Israël convertendo ad CHRISTUM in Novo Testamento, habet vaticinium, c. 1: 10. hic itaque c. 6: 1, 2, 3. conversorum profert verba; ut autem porro illorum promoveat pœnitentiam

I. *Hypocriticam illorum pietatem damnat:* idque DEI nomine, c. 1: 1. agit, (a) *Excitando illos per interrogationem*, v. 4. *D huru wâl — Juda:* Hebr. *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Juda?* Nomine Ephraim intelligit decem tribus, inter illas quippe copiosa & potens fuit, hinc gloria Ephraim, Hof. 9: 11. nomine Jude, tribum Judæ & Benjamiticam, 1. Reg. 12: 21. Promissio & Judæ & Israël facta fuit, Hof. 1: 12. etiam ad illos dirigitur informatio; interrogat verò DEUS verbis istis, non ut ab illis consiliū peteret, Rom. 11: 33, 34. sed ut ipsi corruptionem suam agnoscerent, & quod in illa desideratam sanitatem, vitamque spiritualem, non consequerentur, Hof. 6: 1, 2. de alia itaque vivendi ratione essent solliciti, v. 5, 6. Hof. 10: 12. conf. Jer. 8: 6. Similes interrogationes Esa. 1: 5. Hof. 11: 8. (β) *Improbando pietatem illorum, per similitudines:* *ty then nād̄h — bittida faller.* Hebr. *Quia pietas vestra sicut nubes matutina.* vocab. *נֶחֱמָה* quando, ut hic, de homine subjective prædicatur, (vid. B. B. Tarnovius, Seb. Schmidius, Ursinus &c.) notat & benignitatem in homines alios, Gen. 24: 49. & pietatem in DEUM, 2. Chron. 35: 26. Nehem. 13: 14. tam illa, quam hæc, apud populum fluxa fuit & evanescens, ut *nubes aurora*, quam sol oriens citò dispellit. Ita occurrit phrasis in comminatione Hof. 13: 3. adde Job. 7: 9. Prov. 25: 14. Judæ. v. 12. talis erat justitia Judæorum, cum CHRISTUS veniret, Rom. 9: 31, 32. & 10: 3. Alterum simile: *Et abiens sicut ros matutinus;* jungitur quoq; rebus aliis evanidis, Hof. 13: 3. ros enim citò, accedente calore, exsiccat, quod vocab. *abire* etiam alibi indicat. Psal. 58: 9. & 78: 39. & 109: 23. (alio sensu, similitudo à rore adhibetur Psal. 110: 3. Hof. 14: 6. Mich. 5: 7.) inanem verò, tempore Prophetæ, fuisse pietatem populi, patet ex Hof. 7: 16. conf. 2. Chron. 24: 18. & 33: 3. &c. (γ) *Consumendo pseudopphetas, ut verbi Suri:* *Thersōre — muns taal;* Herb. *Idea excindam prophetas* (redundat *בֵּית* beth, vid. Nold. Concord. pag. 167.) *occidam eos per verba oris Mei.* Dominus JESUS falsam eorum doctrinam veritate Sua coelesti tollet, Esa. 11: 4. Mal. 3: 2, 3. Matth. 3: 10, 12. & 5: 20. seqq. 2. Theff. 2: 8.

II. *Verum DEI cultum præscribit:* at tin — i liuset Romma. Hebr. *Es juaiicia tua exhibit lux,* (Similes loquendi modi Job. 12: 22. Mich. 7: 9.)

Sublatis tenebris hypocrisios, Hof. 6: 4. lucebunt fructus justitiæ a Christo partæ, & fidelibus imputatæ, Matth. 5: 16. 1. Pet. 2: 12. ita *δικαίωμα*, *judicium*, de justitia propter meritum CHRISTI collata, Rom. 5: 16. & 8: 4. *δικαίωμα* Luc. 1: 6. *Zy Jagh hafwer lust — bránneoffer*: Typicus ille per sacrificia cultus in Novo Testamento abrogandus erat, Psal. 40: 7. & 50: 1, 2, 8, 9. Dan. 9: 27. Hebr. 10: 1. tanto minus DEO placere potuit, quo magis hypocriticè peragebatur, Hof. 6: 4. *Lucebunt* itaque (1.) *lárlel: misericordia*; Ita Ipse *Salvator* exponit Matth. 9: 13. & 12: 7. conf. Luc. 6: 36. Phil. 4: 18. 1. Tim. 1: 5. Hebr. 13: 16. 1. Joh. 4: 7. seqq. Jac. 2: 14. & huc referri possunt secundæ tabulæ præcepta, Prov. 2: 1: 3. (2.) *Gud; kundskap*; de hac *DEI cognitione* Hof. 6: 3. per illam vero h. l. intelligitur vera & salvifica fides, ejusque actus; ita Jer. 9: 24. Joh. 17: 3. Eph. 1: 17. & 3: 19. Phil. 3: 8. Col. 1: 10. &c. ac quicquid tabula prima legis exigit, Mal. 1: 11. & 3: 4.

III. *Perversitatem illorum accusat*, v. 7. *men the sšwertræda — som Adam*: quanquam illos docui verum DEI cultum, v. 6. illi tamen eundem negligunt, ut *sædisfragi*; similes primo homini, qui mandatum, de non comedendo fructu arboris vetitæ, Gen. 2: 17. violavit, Gen. 3: 6. Rom. 5: 12. *ther vthi sšvachta the Migh*. Hebr. *ibi perfide egerunt (tröbst) contra Me*, Mal. 2: 11. De hac populi perversitate frequens Prophetarum querela legitur Esa. 48: 8. Jer. 5: 11. Hof. 5: 5, 7. Hab. 1: 13. &c.

Usum. Ad nos, sub novo fœdere, omnino hæc informatio spectat. Omni studio vitanda hypocrisis, Job. 8: 13, 14. & 13: 16. Psal. 12: 4. Esa. 33: 14. Syr. 1: 34. & pœnitentia fallax, Hof. 7: 14, 16. Cavendum, ne diebus hisce, seriæ pœnitentiæ consecrandis, hypocrisi DEUM irriteremus, Psal. 78: 36, 37. vid. Fascic. pag. 210. ac ne spiritualia nostra sacrificia, 1. Pet. 2: 5. preces & DEI laudes, Psal. 50: 14, 15. ab Illo, ut impuræ, rejiciantur, dum in perversitate pristina pergamus, Esa. 1: 15. & 9: 17. Amos. 5: 21-23. Hagg. 2: 15. Mal. 2: 3. (*Instituatur epanortosis pio zelo*.) Salutari *DEI cognitioni* operam demus, Psal. 9: 11. Sap. 15: 3. est enim ejus amplitudo, Novi Testam. prærogativa, Jer. 31: 34. & *charitati*, Christianorum characteri, Joh. 13: 34, 35. 1. Joh. 2: 9, 10. &c. eritque nobis fidei, & cognitionis DEI, fructus, tam in hac vita, ac in futura, Psal. 91: 14-16. Esa. 51: 7, 8. 1. Pet. 1: 9. ac fruamur DEO, Qui *charitas est*, 1. Joh. 4: 16. in æternum, 1. Cor. 13: 8, 13.

Die IV. (a. d. v. Augusti.) 17 11.

Concio I.

PARASC. Psal. 20: 10. Est suspirium ad REGEM Regum, 1. Tim. 6: 15. quo Illi commendat ecclesia orationem pro Rege suo, v. 2. seqq. *Hielp HEDre*.

Nomine Ejus summo, JEHOVAH, Illum compellat, Esa. 26: 13. & quæ prius petiit, jam uno verbo exprimit: *salva sive salutem præsta*; Tu, Qui ab hac voce, *Salvatoris* nomen geris, Matth. 1: 21. & *magnus es ad salvandum* Esa. 63: 1. *Ronungen høre oss / når vii rope*; Is Ipse Rex Zionis, v. 2. Psal. 2: 6. Rex gloriæ, Psal. 24: 7, 8. *respondeat nobis*, potenter juvando, Esa. 65: 24. *in die quo invocabimus*, Hebr. 4: 16. Est & nunc *dies invocationis*, itaque ad DEUM properandum, Psal. 5: 2, 3.

TEXTUS Psal. 20: v. 2, 3, 4, 5.

EXORD. Deut. 33: 7. Moses moriturus *benedictionem*, v. 1. pronunciat in singulas tribus Israël: & *hanc Judæ*, utpote regali dignitate olim augustæ, impertitur. Quator autem benedictio hæcce complectitur: (1.) *HØre høe Juda røst*: Judah à *confessione* nomen habet, orat itaque: ut JEHOVÆ sint acceptæ preces ejus, & laudes ab eo prolata, Psal. 28: 2, 6. & 66: 17, 20. (2.) *Øst giør - sitt foel*: Hebr. *et ad populum ejus reducere eum*. (videatur verbum Gen. 42: 37. Zach. 10: 10. &c.) Optat, ut cum jam antea destinata esset Judæ regia potestas, Gen. 49: 8, 9. 1. Chron. 5: 2. ac exercitum in pugnam educeret, Judic. 1: 1, 2. & 20: 18. quod sæpè sub piis Regibus ex hac tribu oriundis, factum est; rediret Judah felix, DEO *Duce*, ad populum suum, 1. Sam. 8: 13. 2. Chron. 14: 15. & 20: 27, 28. &c. (3.) *Øst låt hans macht wårda stoor*: ita rectè redditur, quod juxta literam sonat, *manus ejus sint illi magne*; manus enim pro potentia sæpè sumitur, Judic. 7: 11. Dan. 11: 42. &c. Adeo potens quoq; fuit tribus Judæ, ut sæpè *sibi sufficeret* contra hostes, 2. Chron. 25: 5, 7, 11. &c. (4.) *Øst honom - isrå hans fiendar*: Hebr. *et auxilium ab hostibus ejus Tu, o Domine, eris*; quanquam potens sit, tamen sine Tuo auxilio salvus & victoriosus esse nequit, 1. Chron. 14: 11, 12. &c. Benedictionis hujus partes omnes, ad REGEM nostrum *clementissimum* devotè applicentur. Pro *exauditione* est primum in textu suspirium, Psal. 20: 2. Exoptatum REGIÆ MAJESTATIS *reditum*, per hos undecim annos, anxie desideravimus, 2. Sam. 19: 30. *potentiam* precamur REGI nostro, ut promoveatur pax, Psal. 29: 11. & DEI gloria, Psal. 68: 36. denique oremus, ut Divinum auxilium semper ILLI præsto sit, Psal. 21: 2. *nam vanitas est salvatio hominum*, Psal. 60: 13, 14.

Continetur in textu: *Triplex piorum subditorum pro REGE oratio*; ut sit I. DEO acceptæ. II. Hostibus superior. III. Consiliis prosper. Vot. 1. Reg. 8: 57, 58.

Davidi adscribitur hic Psalmus, v. 1. & ab eo traditus *perfecto Musices*, vid. Psal. 4: 1. ut cum David in castris esset ac pugnaret, vid. 2. Sam. capp. 8. & 10. &c. hac precum formula pro Illo oraret populus: ut esset semper

I. DEO acceptus, (1.) *Cum oraret* v. 2. *HØren høe tigh i nõdene*: JEHOVAH, Qui solus adorandus, Matth. 4: 10. à Quo omnis salus, Psal. 74: 12. *respondeat tibi*, O Rex. Assiduus erat David orando, hinc *petitiones*

ejus commendantur, v. 6. adde Psal. 42: 9. & 55: 18. exauditionis verò gratia sæpè sic exprimitur, quod DEUS consolando, confortando & juvando *r. spor. deat*, v. 7. Psal. 34: 5. Esa. 58: 9. idque tempestivè, *in die angustia*. Psal. 50: 15 & 77: 3. dum mala & pericula undique angustant, Psal. 42: 8. & 46: 2. (2.) *Cum DEO cillum tuum prestaret*, v. 4. *Han tånðe vppå all tin spjøffer; och tin brånæoffer; ic.* DEUS dicitur *recordari*, quando gratiam suam aliquo beneficio declarat, Gen. 8: 1. Psal. 136: 23. *Oblationum & holocausti* Davidis mentio fit, quia in hoc Divini & typici cultus genere liberalis fuit, 2. Sam. 6: 13, 17. & 24: 25. 1. Chron. 29: (30:) 21. indicant verò ista vocabula simul frequentes *laudes & hymnos*, quibus David DEUM colebat, Psal. 50: 23. & 69: 32, 33. & 141: 2. Hof. 14: 3. Hebr. 13: 15. *ware feet. Pinguefaciat*: quo sensu occurrit Psal. 23: 5. Prov. 15: 30. ita de holocaustis 1. Reg. 1: 9. Nonnulli exponunt *in cineres redigat*; nam holocausta, igne cœlitus demisso, in cineres redacta, peculiari ratione DEO accepta fuere, Lev. 9: 24. 1. Reg. 18: 38, 39. 2. Chron. 7: 1.

II. *Hostibus superior*, v. 2. *Jacobs Gud; namn bestyde tigh: exaltet te: DW protectionem* quidem notat, sed quæ fit cum exaltatione & in loco sublimi, Psal. 48: 4. & 94: 22. in turri, Prov. 18: 10. De protectione contra hostes hic agi, patet ex v. 6, 8. Nomen DEI est Ipse DEUS, v. 6, 8. Psal. 48: 11. conf. Deut. 28: 58. 2. Sam. 6: 2. DEUS Jacobi, est verus DEUS, *Qui à Jacobi posteris colebatur*, Psal. 146: 5. & 147: 19. ac ideo h. l. ita appellatur, quia plura pericula subivit Jacobus, quam ullus Patriarcharum, ac Divinum expertus est sæpissimè auxilium, Gen. 48: 15, 16. victoriâque celebris fuit, Gen. 32: 28. Ut sic Rex superet hostes, duo necessaria: (1.) *Divinum auxilium*, v. 3. *Han sånðe tigh hielp af helgedomenom; mittat auxilium tuum*: tibi promissum & destinatum; Pius Rex certus erat auxilii Divini, hinc dicit: *Tu O JEHOVAH auxilium meum*, Psal. 70: 6. & 121: 1, 2. idcirco Ecclesia exclamat: *Mittat JEHOVAH auxilium tuum*, conf. Deut. 33: 26, 29. *e sanctuario*. Te, o DEUS, ibi singulari ratione præsentem, adorat Rex, Psal. 5: 8. & 11: 4. ita & potentissimū auxiliū à Te expectat, Pl. 46: 2. adde Pl. 3: 1: 3. & 6: 1: 4. & 71: 3, 7. (2.) *Corroboratio Divina*, *och styrcke tigh af Zion*: verb. *WQ* exponitur *sulcire, sustentare*, Psal. 94: 18. & *corroborare*, Psal. 104: 15. *WQ* *derqwæctia* Psal. 41: 4. *Quod sibi pollicetur Rex: Dextra Tua sustentat me* Psal. 18: 36. id hic vovet Illi populus, & quidem *ex Zion*, à REGE Regum, *Qui Zionem elegit*, Psal. 2: 6. & 132: 13. ex Quo salus Israël, Psal. 14: 7.

III. *Consiliis prosper*, v. 5. etiam hoc duplici voto expetit Ecclesia, (1.) *Han gifwe — begårat; Des tibi secundum for tuum*, h. e. desiderium cordis tui, ut exponitur Psal. 21: 3. & 37: 4. David erat *vir secundum cor DEI*, Act 13: 22. itaque optat populus successum desideriorum, quæ in DEI gloriam, *in corde Davidis*, tendebantur, 1. Reg. 8: 18. inque populi salutem, quæ

quæ Davidi cordi fuit, Psal. 28:9. (2.) *och* fullborde all tin anslag. *Omne consilium tuum*: novit enim populus, Davidem non temerè quicquam suscipere, sed, cum DEO, Psal. 37:5. conf. 1. Sam. 17:45. & 23:2,4, II. 2. Sam. 2:1. & 5:19. &c. & maturo, post pias cum prudentibus deliberationes, consilio, Prov. 20:28. & 24:6. conf. 1. Sam. 26:6. 1. Chron. 13: (al. 14:) v. 1. Ejusmodi consilia à DEO impleri cupit populus, Jer. 32:19.

Ufus Didact. Quemadmodum DEUS est constituens Reges & Magistratus, Prov. 8:15, 16. sic & invocandus pro eorum salute ac felicitate, 1. Tim. 2:1, 2. vid. Fasc. p. 151. seqq.

Elenchi. Contra antiquos & recentiores Fanaticos, parù reverenter de Magistratu loquentes, qui & hoc ipso dignoscuntur, quod sint exjillorù numero, de quibus 2. Pet. 2:10. Judæ. v. 8. & quanquã inter illos sunt, qui gratiã Principù ambiunt, hoc idè faciunt, ut virus suum liberius spargere possunt, Rom. 16:17, 18.

Epanorthor. Contra inconsideratè de superioribus loquentes, Ecclesiast. 10:20. vel preces pro REGE negligentes; qui raro cum cœtu adsunt; vel sub precibus frigidus sunt animo; vel è templo festinant, cum communis oratio à suggestu, vel in fine cultus, pro Rege & pace habetur. Etiam à maligno illa mundi novitas est, 1. Joh. 5:19. quod, pius mos per Regiam Ordinant. Ecclesiast. c. 13. § 3. firmatus, de precibus ad signù campanæ fundendis, contemnatur. Illi quoque reprehendendi, qui de cætero privatim & in mansionibus suis, vel raro vel nunquam, corda sua ad DEUM elevant. Hisce peiores sunt, qui *nomen DEI* in vanum accipiunt, profanant, blasphemant, jurando & pejerando. Est *nomen DEI, Regis prosectio*, Psal. 20:2. est *nostrum adjutorium*, v. 6, 8. Ejus contemtus infelices reddit præliorum exitus, Deut. 32:30. qui autem nomen DEI venerantur, illi exaltantur, eripiuntur ex angustia, salvantur, Psal. 91:14, 15, 16.

Pudent. Ne simus in precibus segnes, Luc. 18:1. sed sine intermissione orantes, 1. Thess. 5:17. etiã pro REGE nostro *clementissimo*. Est enim hoc DEO acceptum, 1. Tim. 2:3. & nobis summe necessarium, Jer. 29:7. Solenne Israëlitarum votum *Vivat Rex*, 1. Reg. 1:39. 2. Reg. 11:12. 2. Chron. 3:11. semper in corde & ore nostro sit, Psal. 61:7, 8, 9. Regibus infidelium benedixerunt Jacob, Gen. 47:10. & Daniel, Dan. 6:21. adde Bar. 1:11, 12. quanto magis nobis incumbit, orare pro *Unico Domini*, Evangelicæ doctrinæ in terris defensore strenuissimo, & tantum non unico. Publicæ pro REGIA EJUS MAJESTATE preces non negligendæ, sed junctis suspiriis & verbis in cœlum tendant, 1. Reg. 8:30. Discant quoque parvuli nostri, quod in quibusdam familiis receptum est, pro REGE & pace hymnos cantillare, & oratiunculas proferre, Psal. 8:3. Novimus creberrimum esse REGI cum DEO suo colloquium, Psal. 54:4. & 142:3. Exaudiat *DEUS Jacobi* preces Ejus, Psal. 17:6! DEUM suum devotè colit, publicè privatimque; recordetur *DEUS obla-*

sionum EJUS, & benedicat ILLI, Psal. 106: 4! Exaltet ILLUM DEUS supra inimicos SUOS, Psal. 61: 3, 4! OMNIPOTENS, Qui textit caput REGIS in die armorum, Psal. 140: 8. sit porro EJUS auxilium & scutum, Psal. 33: 20! Sit JEHOVAH robor & scutum EJUS, quoniam in Illo confidit cor REGIS, Psal. 28: 7! JEHOVAH Zebaoth, magnus consilio, & grandis opere, Jer. 32: 18, 19. consilio Suo REGEM nostrum ducet, Psal. 73: 24. Prov. 8: 14.

Consolatorius. Tanto majori spe, jam dicta, & longe plura, pro REGE orantes, petere possumus, quia scimus quod DEO in ILLO bene placeat, 1. Reg. 10: 9. Non enim oramus pro REGE, vel falsa vel nulli religioni dedito, quales, proh! in mundo dantur, Prov. 31: 3. sed pro REGE, Cujus hæreditaria, imò avita laus describitur 2. Chron. 31: 20, 21. Novimus impleri petitiones REGIS, Psal. 20: 6. quia secundum voluntatem DEI orat, 1. Joh. 5: 14. DEUM respicere cultum, quo Illi servit REX, scimus: quia id facit corde integro, 1. Chron. 28: (al. 29): 9. Quod exaltetur super hostes suos, speramus: quia JEHOVÆ confidit, Prov. 29: 25. Quod auxilium ILLI mittatur ex Zione, scimus: quia, in timore JEHOVÆ, sperat in JEHOVAM, Psal. 115: 11. Rex erit benedictus, & firmus erit thronus EJUS coram JEHOVAH, 1. Reg. 2: 45. quia benignitas & veritas custodiunt EUM; & stabiliet יְדוֹן per benignitatem thronum SUUM, Prov. 20: 28. Dabit denique DEUS REGI secundum cor EJUS, implebitque omne consilium EJUS, quia confidit super JEHOVAH, in omni corde SUO, in omnibus viis SUIS agnoscit Illum, Ille diriget semitas EJUS, Prov. 3: 5, 6. Conclusio ex Psal. 115: 12 - 15.

Concio II.

PARASC. Psal. 119: 72, 73. Ubi (1.) *Verbi Divini pretium*: Legis nomine, sæpè insignitur omne DEI verbum revelatum, Psal. 1: 2. & 119: 1. &c. lex *oris DEI*, quia per Spiritum oris Ejus, Psal. 33: 6. traditum est, 2. Sam. 23: 2. Act. 1: 16. 2. Pet. 1: 21. *melior mihi præ millenis auri & argenti.* Non erat David avarus, Psal. 119: 36. neque pauper, quia in *aff. Sione sua* ingentem comparavit auri & argenti summam, 1. Chron. 22: (al. 23:) 14. aff. illam nullius pretii fecit, comparando eandem cum verbo DEI, Psal. 19: 11. (al. 13:) (2.) *V. D. Neccissitas*: *Sina hãnder* / *re*. me hominem rationalem crearunt, Psal. 139: 14, 16. imo per regenerationem me novam creaturam esse voluisti, Eph. 2: 10. & 4: 24. ideo *undermissa migh* — *Sin budhy* Psal. 25: 8 - 10. & 119: 27. sic dabitur mihi ex gratia Tua *præcepta Tua* & nosse & observare, Psal. 119: 2. seqq. Hunc Davidis animum requirit textus in divitibus &c.

TEXTUS. 1. Tim. 6: v. 17, 18, 19.

EXORD. Jer. 5: 4, 5. Verba ipsa exposita sunt in Fascic. Homilet. p. 316. seqq. Egredietur SPIRITUS DEI in textibus hujus anni prioribus cum illis, quos

quos Prophetæ stylo, v. 4. *pauperes* vocare liceat Nimirū Jer. 8: 21, 22. cum languidis. Psal. 80: 5. seqq. cum flentibus. Thren. 3: 19. seqq. cum miseris. Thren. 5: 19. seqq. cum desertis. Ezek. 22: 12. seqq. cum DEUM deserentibus. Psal. 43: 5. cum anxiis. Esa. 59: 7. seqq. cum gravissimis peccatoribus. Esa. 45: 22. seqq. cum condonationem quærentibus. Hof. 6: 4. seqq. cum hypocritis. Textu hoc penultimo, SPIRITUS DEI, verbis Pauli, se convertit ad *magno*s, Jer. 5: 5. h. e. divites; ita enim Ipse Jeremias vocem explicat Jer. 5: 27. *ideo magni sunt & discescunt*. conf. Mich. 7: 3. DEI amici, qui divitiis rectè utuntur, vocantur quoque *magno*, quia divitiis affluunt: Abrahamus, Gen. 24: 35. Barfillai, *vir magnus valdè*, 2. Sam. 19: 32. Sunamitis dicitur in Hebr. *femina magna*, 2. Reg. 4: 8. Habemus in textu *mandatum Apostolicum, ad divites hujus mundi*: ubi not.

I. *Quid vitarent.* II. *Quid facerent.* III. *Quid sperarent.* *Vot.* Psal. 25: 4, 5.

Mandatum diximus hic esse: utitur Paulus voce *παραγγέλλειν*, compellat feria cū obtestatione, 2. Theff. 3: 6, 12. 1. Tim. 6: 13, 14. Postquā enim *ἀνάρκετον* commendaverat v. 6, 8. docuit omninò fugiendam esse avaritiam v. 9, 10, 11. ostendit itaq; in textu, quis sit rectus divitiarum usus: Dirigi vult mandatū ad *divites in hoc seculo*, 1. Joh. 3: 17. i. *thenna wærd*; Illis jam præscribit

I. *Vitanda*: Haud pauca sunt, à quibus sibi caveant divites: est quippe multiplex *divitiarum fraus*, Matth. 13: 22. Marc. 4: 19. duo autem præcipuè illis fugienda, ostendit Apostolus: (1.) *Animum elatum*: at the *icelle* *hro* hōgsinte; est quippe superbia divitiarum comes, Psal. 49: 19. alios contemnens, 1. Sam. 25: 10, 11. Luc. 16: 19, 20. Syr. 13: 2, 4, 24. &c. (2.) *Vanam in divitiis confidentiam*: *icelle* *esser* — *rifedomar* / Marc. 10: 24. Psal. 62: 11. est enim species idololatriæ, Job. 31: 24. Ratio dissuasionis: quia *incerte*, innumeris obnoxia sunt casibus, Matth. 6: 19. & sæpè cum iis ipsa amittitur anima, Psal. 49: 13, 18. Luc. 12: 15, 20. thesaurus verò in cælis in æternum permanet, Matth. 6: 20. 1. Pet. 1: 4. Hebr. 10: 34. & 12: 27, 28.

II. *Facienda*: Varia hic præcipit, (1.) *Spem in DEUM*: — *sitt* *hopp* *på* *leswande* *Gudh* / 1. Tim. 4: 10. hæc à vera & salvifica fide nascitur, Rom. 4: 18. & 5: 1, 5. & non subsistit in rebus caducis, 1. Cor. 15: 19. 2. Cor. 4: 18. Ad autem omninò fiat, quia (α) *Est DEUS vivus*: Solus habens immortalitatem, 1. Tim. 6: 16. in Illo itaque unice confidendum, Qui, cum spem nostram firmam reddere voluerit, juravit per *vitam suam*, Ezek. 33: 11. Qui quoque cum maxima sua opera efficit, per hoc, quod sit DEUS vivus, celebratur, Jos. 3: 10. Jer. 10: 10. &c. (β) *Quia omnia nobis abundanter largitur*, *Swilken* — *nyttia*: tam quæ animæ & corpori in hac vita sunt necessaria, Act. 17: 25. quam quæ ad futura vitæ felicitatem faciunt, 1. Tim. 4: 8. 2. Pet. 1: 3, 4. Jac. 1: 17, 18. idque *abundanter*, 2. Cor. 9: 8, 11. *til* *at*

nyttia) είς ἀπόλαυσιν, in *juvunditatem*; ut finus contenti, 1. Tim. 6: 8. & læti, Act. 14: 17. (2.) *Bona opera quævis*: at the gǒda wál; quod bonum & honestum est; de liberalitate postea loquitur: hic autem quævis opera bona commendat, ut Eph. 2: 10. Phil. 4: 8. Col. 1: 10. 1. Tim. 5: 10. tentantur quippè divites multis mundi illecebris, 1. Tim. 6: 9. & quandoque illis illaqueantur, v. 10. (3.) *Incrementum bonorum operum*: rife på goda gjerningar; postquam fide divites facti sunt, Jac. 2: 5. & in DEO, Luc. 12: 21. etiam in operibus bonis ditescerent, 2. Cor. 9: 8. (4.) *Beneficentiam*: gjer-na gisfva) egenis & miseris lubenter subveniendo, Psal. 41: 2, 3, 4. Prov. 3: 27, 28. Syr. 4: 1-6. & 7: 11, 12. & 29: 12, 13. & 35: 11. 1. Joh. 3: 17, 18. sine mora, Deut. 15: 7, 9. sine murmure, 2. Cor. 9: 7. Phil. 2: 14. sine indignatione, Deut. 15: 10. sine exprobratione, Syr. 18: 15, 17, 18. (5.) *Communicandi pravitatem*: äro oföfvertruael) libenter communicantes; conjunguntur hæ virtutes alibi, 2. Cor. 8: 4. Hebr. 13: 16. & ne h. l. pro tautologia habeatur, prius exponi potest de liberali bonorum erogatione in pauperes, qua *transferatur* in illorum usum possessio nostra, Syr. 14: 13, 14. *alterum*, ex consuetudine Ecclesiæ Christianæ, primitus inter Judæos collectæ, Act. 2: 42, 44, 45. hoc vult: quod pro communi & plurium usu, postulante rerum necessitate, nostra bona sint *communicabilia*; ut illa, quasi non pro nostris, habeamus, Rom. 12: 13. 2. Cor. 9: 13. Gal. 6: 6.

III. *Speranda*: Duo hic commemorantur, ut præcepta illa ostendantur necessaria: (1.) *Thesaurizatio fundamenti boni in futurum*. Samman- samka sigh sielfsvom en godh grund framdeles; ἀποθησαυρίζοντες dicuntur, qui thesauros recondunt in usum futurum, Luc. 12: 19. Novit Apostolus vocab. *thesauri* gratum esse divitibus, Matth. 6: 21. idè à thesauris incertis 1. Tim. 6: 17. ad thesauros fundamentales, ipsa quoque voce, illos ducere voluit; quoniam verò de vita futura & æterna mox loquitur, certum est, quod *fundamentum aliud nemo possit ponere; quam quod positum est, quod est JESUS CHRISTUS*, 1. Cor. 3: 11. super hoc lapide angulari Eph. 2: 20. vult illos ædificari, 1. Pet. 2: 4, 5. hoc fundamentum bonum in futurum, thesaurum suum reputent, Psal. 73: 25, 26. Thren. 3: 24. Phil. 3: 7, 8. *sibi ipsis* illum approprient, *fide in Christum*, 1. Pet. 2: 6, 7. per illam enim solum vita æterna nobis datur, Joh. 3: 16. & 6: 40, 47. Quia autem thesaurus *vivus* est, 1. Tim. 6: 17. & *fundamentum vivum*, Matth. 16: 16, 18. 1. Pet. 2: 4. etiam nos, ut *lapides viventes, sacrificia spiritualia* offeremus, 1. Pet. 2: 5. interque illa, beneficentia & communicatio, de quibus noster textus agit, numerantur, Hebr. 13: 17. sic fideles apud *se ipsos* certi sint, quod *opulenter* ipsis subministrabitur introitus in æternum CHRISTI regnum, 2. Pet. 1: 5-11. & in iudicio ultimo, in istud regnum introducendi, prolixum testimonium fidei, per hanc thesaurizationem, ex gratia consequentur, Matth. 25: 34, 35-40. (2.) *Ap-*

prehensio vite aeternae. Ut the måga fatta erwinnerligit liff: sic declarat priora; apprehensio autem illa fit fide, 1. Tim. 6: 12. *certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aeternam.* Porrigitur nobis vita aeterna, donum gratuitum in CHRISTO, Rom. 6: 23. sed fide certandum, 2. Tim. 4: 7, 8. fide currendum, 1. Cor. 9: 24, 27. Phil. 3: 9, 12, 14. Ut autem in hac pugna, & in hoc cursu, agiles sint & expediti *divites*, jubentur beneficentiâ & communicatione, egenis bona sua erogare, Matth. 19: 21, 22, 23. Luc. 12: 33. conf. Syr. 29: 14.

Uusus 1. Didascalicus: Quomodo recte utendum sit divitiis, Syr. 13: 30. vix in alio Sacrae Scripturae loco melius docetur; inculcentur quæ jã de *fugientibus & faciendis* dicta sunt, ut obtineamus quæ *speramus*, Ebr. 6: 10 - 12.

Elenchicus. Contra Pontificios, qui hinc meritum operum extruunt, & contra Pietistas, istorum sputum lambentes, qui plus justo necessitatem operum urgent. Ornantur opera misericordiae, in judicio gratiæ Divinæ, nomine *justitiæ*, Psal. 112: 9. verum si eadem in judicio justitiæ spectantur, nullam meriti dignitatem habent, Job. 9: 2, 30, 31. Psal. 143: 2. Esa. 64: 6. Per expositionem, ex Sacra Scriptura jam datam, patet, in opprobrium CHRISTI, opera nostra *fundamentum vite aeternae* dici, Luc. 17: 10. Illi ipsum fundamentum subruunt, Psal. 11: 3. qui, quasi strenui bonorum operum propagatores, de CHRISTI morte & resurrectione agentes, ante omnia & ferè unicè ad placitum Socinianorum docent, quod ad imitationem mortis Ejus, mortificemus veterem hominem, & ad exemplum resurrectionis Ejus, in novitate vitæ resurgamus: Id quidem omninò fiet, Rom. 6: 4. seqq. verum cum isti parum urgeant, quod per mortem JESU reconciliati simus DEO, & per vitam Ejus salvemur, Rom. 5: 10. conf. Esa. 53: 4, 5. Rom. 3: 24, 25. & 4: 25. Eph. 5: 2. Col. 1: 19, 20. & c. pejores sunt illis, quibus CHRISTUS exprobravit, quod unum facientes, alterum, quod magis erat, negligenter, Matth. 23: 23. Opera enim charitatis, quoad bona spiritualia & coelestia, à CHRISTO Solo nobis promerita, Joh. 1: 16. Act. 4: 12. Eph. 1: 3. plus efficere nequeunt, quam quod DEUS pius egenorum preces pro liberalibus ex gratia respiciat, Job. 29: 12, 13. & 31: 19, 20. Matth. 10: 42. 2. Tim. 1: 16 - 18. illorumque testimonia, de beneficorum fide, benignè recipiat, Deut. 24: 13. Gal. 4: 14, 15. Phil. 4: 18, 19. ac in fide divites, Jac. 2: 5. inque Domino morientes, beatis associet, Luc. 16: 9. Apoc. 14: 13. & larga illis tunc erit fructuum fidei messis, Luc. 14: 14. Gal. 6: 6, 8. Dan. 4: 24 ita intelligendum: *abrumpe peccata tua per justitiam* (fidei, Esa. 45: 24.) & *iniquitates tuas in miseratione afflictorum*: clementer regnando, Prov. 20: 28.

Epanorthotic. Contra avaros, iniquos, pauperum oppressores, immites, duros, &c. servi DEI semper vocem suam extollant, Esa. 58: 1, 4, 6, 7. Jac. 2: 13 - 17. &c. sed maximè die hoc poenitentiali: divites

eminentiores, & qui nulla re destituuntur, neglectæ poenitentia arguantur; hi enim plerumque securi sunt, & parum moventur comminationibus vel castigationibus, Amos. 6: 3-6. contra hos conciones Prophetarum, maximam partem, directæ sunt, Esa. 1: 23. & 3: 5. & 10: 1, 2. Jer. 1: 18. Mich. 3: 1. &c. NB. Amos. 4: 1. *Vacca Bascanus* accusantur, quod post tot plagas ad DEUM non sint reversi, v. 6, 8, 9, 10, 11. de superbis & ditioribus nostri temporis idem dicendum; *Lamos aurâ*; v. 7-9. non uno tempore, nec paucis in locis, sed per omnes terras sæpè fuit nobis gravissima: tunc vilioris sortis homines, vel fame pressos vel enectos, ad DEUM poenitenter clamasse credimus, 1. Reg. 8: 35, 36. sed ditiores ad DEUM reversi non sunt, Psal. 49: 7. Luc. 12: 19. *Funesta erat pestis* à DEO immissa; tot hominum millia per totum regnum prosternens; cogitandum, quod DEUS multis illorum conversionis gratiam concesserit, ac illos consolatus sit, ut Hiskiam moribundum, Esa. 38: 17. quodque superstites haud pauci isto malo humiliati sint, 2. Chron. 7: 13, 14. Verum quot sunt, qui in securitate sua foedus cum morte iniverunt, Esa. 28: 15. & ad DEUM non sunt reversi? Jam per tot annos *bellorum malis* castigati sumus; in prælio uno peditum copia gladio absumta, equitatus in captivitatem abductus: sic Amos. 4: 10. nostrum infortunium describitur; dicitur tamen de nobis v. eodem: *ad DEUM non sunt reversi?* Tam repente tot urbes cum integris provinciis, Livonia & Esthonia, (ut de aliis amissis nunc nihil dicamus,) ab hoste occupatae, ac repentina fuit everfio Sodomæ ac Gomoræ, Amos. 4: 11. iteranda tamen Prophetæ querela ibidem prolata: *non reversi estis ad Me dictum JEHOVÆ*; itaque, in Nomine JESU! sequamur consilium Divinum, ibid. v. 12. datum, & prolixius præscriptum. Joël. 1: 12, 13. &c.

Pædent. Ad virtutes singulas in faciendis jam monstratas: *ad fiduciam in DEUM ponendam, ad quævis opera, DEO grata, &c. Liberalitatem* verò peculiariter Apostolus à divitibus exigit. Existimant ditiores, se huic præcepto fecisse satis, si mendico nummulum vel frustulum panis dederint: verum sordida est liberalitas, tot efflagitationibus provocata; SPIRITUS DEI, Qui & Spiritus *liberalis* vocatur, Psal. 51: 14. jubet h. l. nos esse *εὐμετὰδοῦντες*, libenter dantes, Deut. 15: 8. Psal. 37: 26. & 112: 5. Tob. 4: 7, 8, 9. Syr. 14: 16. &c. In hoc patriæ statu etiam *νοναυκτες* nos esse oportet: in publicos usus bona nostra lubenter conferentes; Quemadmodum in summo periculo vitæ, ut illam servemus, bona alia parvi facimus, Act. 27: 18. ita, irruentibus hostibus, pro vita nostra & nostrorum, pro religione & libertate, Nehem. 4: 14. possessiones nostras, haud inviti, impendamus in justæ defensionis media: idque sine murmure. Queruli, qui semper murmurant annumerantur impiis condemn-

demnandis, Judæ. v. 15, 16. hocce Israëlitarum peccatum commemorat Apostolus, *αργὸς καὶ θεοσεβῶν ἡμῶν*, 1. Cor. 10: 10, 11. quando verò, vel onerum gravitas, vel exactiois modus, querelas excitant, mox cogitemus peccata nostra, quibus ista & majora mala præmeriti sumus, Thren. 3: 39-42. merito proferamus verba confessionis, Job. 33: 27. sed simul & illa orationis Psal. 79: 8, 9. & patientiæ Mich. 7: 9.

Consolator. Pro *pauperibus*: quorum curam DEUS semper gerens, Psal. 10: 14, 17, 18. etiam hic divites in illorum subsidium excitat, ut sæpe alibi, Prov. 19: 17. & 28: 27, &c. Pro *divitibus*: denunciatur quidem SALVATOR *ſæ* divitibus, verum illis, qui divitias vel injuſtè corradunt, Mich. 2: 2. vel iisdem confidunt, Marc. 10: 14. vel illis abutuntur, Jac. 5: 1-5. & nemini opitulatur, Luc. 16: 20, 21. DEUS autem, Qui neminem perire vult, 2. Pet. 3: 9. illorum miſertus, hic docet, quid ab illis, quorum ingressus in regnum cœlorum difficilis, Matth. 19: 23. requiritur, ne illo excludatur, Luc. 13: 28. *Omnibus autem noſtrum* ſolatio eſt 2. Cor. 8: 9. *Concluſio* ex Eph. 1: 17, 18, 19.

Concio III.

PARASC. Psal. 36: 11. Poſt hominis impii deſcriptionem, v. 2-5. DEUM Pfaltes celebrat v. 6-10. denique *extendi* orat, *Ejus* (α) *Miſericordiam*; eſt illa in ſe immenſa, v. 6. Psal. 57: 11. Syr. 2: 21. ſed loquitur h. l. de beneficiorum copia, *Extendi* eam, ad *DEUM* *cognoſcentes* rogat, Psal. 9: 11. & 91: 14. Joh. 17: 3. (β) *Juſtitiã*; hac appellatione ſæpe DEI bonitas celebratur, Psal. 143: 11. ac non rarò conjunguntur, Psal. 145: 7. &c. illam *extendi* cupit *ſwæ the ſroma*. Vocantur *recti corde*, qui DEUM ſine hypocrifi colunt, & ſincerè cum aliis vivunt, Psal. 7: 11. & 125: 4. Prov. 20: 7. Quod piis hic David optat, in *textu* illis promittit; ad quem eodem voto nos paramus.

TEXTUS Psal. 103: v. 17, 18.

FXORD. Prov. 14: 26. Quemadmodum per integrum proverbiorum librum *timoris Divini* præſtantiam oſtendit Salomoh: ita hic docet: I. *Quid piis ipſis præſtat*. — ett trygggt fåſte: Hebr. *in timore JEHOVÆ eſt fiducia roboris*: Audivimus Pauli monitum 1. Tim. 6: 17. *non eſſe ponendam ſpem in divitiis incertis*; hic itaque *fiducia roboris* per DEI timorem in Ipſo DEO monſtratur. Eſt enim *turris roboris*, Psal. 61: 4. Prov. 18: 10. *refugium roboris*, Psal. 71: 7. conf. Psal. 18: 3. & 40: 5. & 65: 6. Jer. 17: 7. II. *Quid præſtat poſteris*: — warda oel ſå beſtårmat. *Etiãque liberis ejus erit refugium*, Psal. 91: 1, 2, 9. tam larga eſt DEI bonitas, tam grati Ipſi ſunt in integritate ambulantes, Prov. 20: 7. conf. Psal. 25: 13. & 112: 1, 2. &c. vid. Fascic. p. 541.

In *textu* promittitur *DEUM* *timentibus*, eorumque *poſteris*, *bonum* *perpe-*

perpetuum, imò *eternum*; Ubi observ. I. *Quomodo illud appellatur*. II. *Quibus datur*. Not. Psal. 85: 8.

Fragilitati hominis, Psal. 103: 14, 15, 16. opponit David DEI Majestatem, v. 17-22. similis oppositio Psal. 102: 12, 13. Videamus itaque *bonum promissum*:

I. *Quomodo appellatur*: (*α*) *Misericordia JEHOVÆ aeterna*: Celebratur magnitudo misericordiae Divinae v. 8, II. 2.Sam. 24: 14. Psal. 145: 8, 9. maxime verò Ejus aeternitas, Psal. 25: 6. & 106: 1. & 107: 1. & 118: 1-4. & per totum Psal. 136. Ex collatione Psal. 103: 3, 4, 10. patet, quod hic imprimis sermo sit de aeterna DEI gratia, per quam DEO reconciliati sumus, in CHRISTO JESU, Psal. 89: 2, 3. Hoseæ. 2: 19. Luc. 1: 50. Eph. 1: 4, 6. & 2: 4, 7. 2. Tim. 1: 9. ex *Quo* omne bonum fluit, Rom. 8: 32. (*β*) *Justitia JEHOVÆ*: Non hic intelligitur justitia, de qua Psal. 145: 17. &c. sed tum illa, qua benigne & *justè* implet promissiones Suas, Hebr. 6: 10. &c. tum qua nos justificat in CHRISTO: hæc vocatur *justitia DEI*, Rom. 1: 17. & 3: 22. *justitiã aeterna*, Dan. 9: 24. *justitia fidei*, Rom. 4: 13. datur à DEO *salutis*, Psal. 24: 5. per illam *exaudiuntur* pii, Psal. 143: 1. & *liberantur*, Psal. 31: 2. de qua Esa. 45: 24. Jer. 23: 6. &c.

II. *Quibus datur*: *Timentibus JEHOVAM*: qui per fidem DEI filii reputantur, Joh. 1: 12. hinc simul vocantur *confidentes in DEUM*, Psal. 31: 20. & 33: 18. & timore filiali DEUM reverentur, Prov. 3: 7. Tob. 4: 6. Non ipsis modo, sed & *filii filiorum* hocce bonum promittitur, Exod. 20: 6. Jer. 31: 34. Unde autem vera fides ac sincerus DEI timor dignoscitur? In illis qui (*α*) *custodiunt fœdus DEI*: in Veteri Testamento per circumcisionem initum, Gen. 17: 7. in Novo Testamento per baptismum, 1.Pet. 3: 21. *vid. de hoc prolixè Fascicul. Homilet. pag. 504. seqq.* (*β*) *memores sunt mandatorum Ejus*, Deut 6: 6-9. Psal. 119: 55, 56. Prov. 3: 6. *vid. Fascic. pag. 308. seqq.* verum non notitia nude speculativa, sed (*γ*) *ad faciendam ea*, Deut. 5: 1. & 6: 1, 2. quanquam id secundum rigorem legis à nobis fieri nequit, erit tamen in nobis serius ea faciendi conatus, & studium perpetuum, 1. Chron. 28: (29:) 9. Joh. 15: 5, 16. Rom. 8: 14, 15. Tit. 2: 11-14. &c. ac, cum fœdus nostrum cogitamus, NB. Hebr. 10: 22. seqq.

Usus. Dirigatur epanorthosis contra fœderis & preceptorum Divinorum contemptores: & servia fiat admonitio ad constantem in DEUM fiduciam, timoremque illi gratum, Actor. 10: 35.

Consolationi verò nostræ inservit maxime aeterna DEI misericordia, quod, postquam nos castigaverit, si modo in timore filiali ad Illum redierimus, paterna Ejus gratia iterum nos eriget, ac servabit, Psal. 103: 13. Esa. 54: 7, 8. Thren 3: 22. seqq. Syr. 18: 12, 13. Conclusio, 1.Pet. 5: 10, 11.

Script. Beatebergæ, die 17. Aprilis. 1711.